



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XVIII. Die Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

Radij.

Crucifixus.

Iul.

Facta.

Purgat.

Xauerius.

18. Octobris  
Belga Goz  
1553. Actat.  
Soc. 7.

Vesperi.

Charitas.

honori contextas ex eius elogiis litanias quotidie recitauit; & ex eius reliquiis vidit lucis radios erumpentes. In India è Iēto mōstoūe imaginis Xauerianæ vultu futura lāta vel tristia legebat. Illo Goam appulso visa est non vna Crucifixi Christi effigies oculis apertis Iaponiam intueri. Cū in mari Iaponico periculis iactaretur, cuidam pro Iaponia oranti 21. Iulij visa est è Crucifixo lux fundi, & simul hæ voces auditae: *Iam Sancti Spiritus lucem mitto.* Deinde ipse quoque Marcellus inclytā iam morte perfunditus, eidem conspectus est coram Crucifixo de genibus capite inclinato pro Iaponia preces effundere. Captus à barbaris, viuis est toto capite collucere; & in carcere inter orandum totus lucidus, ac in alto sublimis conspectus est. Aquis, & igne carentibus instrumentis cruciatus, ad supplicium datus est cum scripto, quo indicabatur, illum mori, quod legem exteram predicaturus in Iaponiam venisset. Cum quanto iam die in fouca Iaponico more

penderet, capite deorsum verso, nec moreretur; inde extractus, flectens sub gladio bis exclamauit; *Pater mi, S. Franciscus Xaueri!* Bis iuflxit illi carnis ensem innoxium. Tandem tertio istu, cū IESVM & MARIAM pronunciaret, capite truncatus est: & mox terra contremuit. Et Marcellus eodem tempore Manilæ Petro Corcuaræ Gubernatoris è fratre nepotim morti vicino apparuit: Madridij verò oratoris Cæsarei filius macie torridus repente conualuit, nempe eius à se in baptismo suscepit memorē se fore Marcellus in Iaponiam inde soluens promiserat: ibidem Comitem Rupis floridæ febris quartana eodem tempore deseruit, fidemque impleuit promissi quo Marcellus promiserat se illi sui memoriam certo indicio testatum. Angina, febres, calculus, capitis aliqui dolores & morbi, eius ope depulsi; oculi, ac membra alia eorumque viuis restitutus; parturientes adiuta, atque alia id genus, ij narrant qui eius gesta latius prosecuntur.

## XVIII. DIE OCTOBRIS.

### P. GASPAR BARZÆVS.

**M**agni semper habitus à S. Xauerio fuitque velut alter Xauerius in animarum cura, & socijs gubernandis. Alias ad seruos; alias ad populum; alias ad infirmos eodem die conciones habebat. Vesperinolæ puliu protiocabat Populum ad orandum pro ijs, qui lethali peccato vergentur, vel quos Purgatoriij flamma exercet. Laborum tantum sustinuit quanti vel denis hominibus sufficiunt. Dicitur concepto voto spo-

pondisse, nulli se opem corporis, vel animi negaturum, quam quidem praestare posset: id quod adeo praestitit, ut secundum Xauerium nemo isticā ætate parem laudem tulerit. In medio est eius vita, in qua eius labores fusè percensentur.

### P. EMMANUEL

DE NOBREGA.

**H**ic primus de Societate Brasiliam Lusitanus adiit, & ibi cum socijs Maria 18 Octob. Virginis adiutoricis templum Iuis ipse 1570. manibus extruxit, ipse materiam ē 15. Soc. 16. monti-

Fff 3. monti-

B. V.

montibus conuicens; ipse laborans, ipse pro animabus vndequaque sagens, & concursans. Illud quoque de illo fertur; quod cum illud B. V. adiutricis templum in edito colle construeretur, & ille locus aquæ inopia laboraret; lociorum vai monstrato istic arboris trunko dicenti: *Si Deipara placet hinc fontem elicere!* dixerit.

Nobrega: *Confido;* & huic, & maiorum miraculorum potens est hec Domina. Inde itum ad sacrum in eo Deiparæ templo iam ad ipsum idoneo celebrandum: & ecce tibi sub sacri medio sca- tebram aquæ perpetua ex illo ipso arboris trunko affluentissimè manantem quæ aqua postea morbis quoque pellendis salutaris fuit atque mirabilis. Tertio ante obitum suum die cum in sedis fluminis Ianuarij per oppidum valediceret, rogatus quod profisceretur, cum nulla nauis adesset? *In Celum,* respondit. Et abiit.

### P. IOANNES RICVS.

Hispanus  
Vrgellæ. 18.  
Oca. 1605.  
Stat. 53. Soc.  
31.

Purgator.

Concio.

Mors.  
Caput.

**O**randi, & sui per calores astatis, ac hyemis frigora quaesitis modis cruciandi amore singularis fuit Ioannes Maiorica Rector cum esset, acidiomate Castellano concionatur præter morem, Alphonsus Rodriguez eius socius à Deo audiuit: *Rector tuus expiabit hanc concessionem igne purgatorio.* Quare intellecta Ioannes illo idiomate deinceps loquutus est nunquam. Peccata, confessione quotidiana sacro præmissa, expiabat. Mortuum illum ab Alfonso Rodriguez pro illo orante pulcherrimum visum ferunt radiis yndique (sed capite nobilius) collucentem, & quasi iisdem coronatum: sape alias quoque illum vidit, ut fama est Alphonsus, cum illi se pietate priuatâ commendaret.

### P. MELCHIOR DE MORA.

**N**obili domo Carauacæ natus, & bellicis honoribus laudatè fun-  
ctus, animum ad studia, & Societa-  
tem applicuit, cum pro concione rem  
propè nuperam, quæ Granatae conti-  
gerat, audiret, ab illo quo spectaculo  
ipse interfuerat. Aiebat Ecclesiastes,  
Ioannis Auila asecla, se à mensa; cui  
accumbebat, accessitum ad ægrum  
quendam Carauacensem aduolasse:  
at illum iam mortuum reperisse. Cum  
verò pro mortuo Litanæ omnium  
Sanctorum recitarentur, mortuum in  
lectulo reledisse, ac dixisse lamenta-  
bili vocis sono, se deceptum in errore  
vixisse: *Engañado,* aiebat, *be vivido!*  
& decubuisse. Infinitam Dei miseri-  
cordiam ei, sed iam surdo & mortuo,  
narrabat Ecclesiastes ille, cumque alter  
nihil responderet, neque ullum vi-  
tae daret indicium; ad Litanias rediit  
cum ijs qui aderant. At en iterum  
mortuus ille ita ut prius se erigens in-  
gemiscens dixit: *Engañado be vivido!*  
iterumque decubuit surdus ad omnia  
quæ illi de confessione dicebantur.  
Tertia Litaniarum bis iam interrup-  
tarum pars pro illo recitabatur, cum  
ille tertio confidens, iisdem verbis,  
testatus est, se deceptum in errore  
vixisse. Neque plura locutus, omnes  
reliquit stupore ac sancto timore at-  
tonitos. Hæc de Carauacensi mortuo  
vbi audiuit Carauacensis Melchior,  
etiam in ætate iam vt cunque matura  
se studiis, postea Societati addixit.  
Cum in Iaponiam mitteretur, in Lu-  
sitaniam vsque pedibus iter confecit.  
In Iaponia per annos quadraginta mul-  
ta tulit fecisque, magno gentis illius  
fructu: donec in exilium eieitus, in  
Philippinis magno religiosæ virtutis  
exemplo

exemplo vixit, paupertatis accuratus amator; certus ad omnem obedienciam sancta patrum; & illud in ore habens identidem; se id ynicè agere, ut in omnibus ad mortem se pararet. nempe ne, ita ut Caravacensis ille, in errore illo moreretur quo deceptus mundus, & eius sequaces, scò tandem clamabunt: Ergo errauimus.

Mon.

Hispani  
in Philippi  
ni s. 18. Oct.  
1617. etat.  
74. Soc. 34.

que accurata pietatis custodia. Unde cum Nouitium quendam à mensa surgentem aduerteret signum Crucis obiter, ac properè sibi impressisse, illum suauiter, sed non sine acri doloris sensu, commonuit; ut diligenter ad singula ea, quæ Dei sunt maximoperè accuranda totus aduerteret. Plura de illo in vita.

Charitas.

## P. GEORGIVS FORRO.

Hungar. Ty. nauij  
18 Octobris  
1641. etat.  
72. Soc. 34.

Fides

Monfa.

Ang. Cufos.

**N**obilem sanguinem placidis motibus, decoro vultu, & apto nato ad rectionem ingenio testatus est. Mitto hic ea, quæ nominatim de illo narrant anni 1609. annua Transtylvanae impensis, quid pro re catholica inter turbamenta illa præstiterit, pietate, authoritate, facundiā memorabili. Exrat prolixum eius elogium missum ab Austriae Provincie, quam per annos complures magno spiritu, & suani authoritate rexit: & de qua (vt ibi scribitur) ille si quis alius, plurimum sanè meritus est; ipso arguendi modo, eorum quos arguebat sibi illigans voluntates. Tenera plane, ac multis (cum se solum esse arbitratur) colloquis testata fuit illius erga Angelos Custodes pietas, atque propensio. Aiunt eius, tunc Provincialis, socij; Angelum Custodem, instar iuuenis candido equo vesti per iter adfuisse non semel; ac iter & pericula indicasse; videri denique desisse. Socij periculis, aliquando mitum in modum incolumes, illum iacet precæs & lachrymas Deo supplicem reperere; suamque in præcipiti prolatione incolumentem illi acceptam regulare: vt fusi narrant Annua Austriae in Aethiop. Facillimæ illi ad socios, vel ad concessionem dicenti, & Sacrum celebranti fuere lachryma; at-

## P. ISAACIVS IOGVES.

Gallus a-  
pud Hiro-  
quæs. 18.  
Oct. 3646.  
etat. 40.  
Soc. 22.  
Humil.

Euchar.

Tati.  
Oratio.

Fides.

ip

P Caroli Spinolæ in fidei odium combusi herois imaginem in sinu circumferebat, & sapenumero suspirabat desiderio paris mortis. Voti religione spondit; se, quoad posset, latitare velle despectum atque abiecitum. Totam aliquando noctem coram SS. Sacramento humili prostratus orando duxit, multa aspera, & ardua pati flagranter petens. Et responsum accepit: Exaudita est oratio tua: fiet tibi sicut à me petisti: confortare, & esto robustus. Apud Hurones in Septentrionis Africa laboranti, Hiroquæ barbari Ethnici, vngues, mordieus auulsebant, indices duos dentibus contriverunt. Taceo pellam à corpore revertendam, cadentem, aliaque horrenda omnino. Igne, vnguis, dentibus in illum levitum est cum in carcere teneretur: quo ipso tempore facile 70. capita Christo genuit in vinculis; & Renatum Nouitium crudelia passum, tandem coram se cæsum vidit, ut dixi s. Augusti. Pax cum Hiroquæs composita illum inde extorrem ed postlimino pellexit; & ille diserte scripsit, se inde minimè rediturum. Interuersa est pax; & P. Isaac decreta mors. Ferrum illi in caput illesum; præcisa ceruix.

Inter cælestia illa quæ diuina patiens vidit, fuit mirabilis Ciuitas, &

in illa scriptum : Laudent nomen eius.  
Vbi pro tribunali se verberatum air;  
sed recreatum simul à Iudice amplexu  
& lætitia, quam non poterat explicare,  
sentiens amoris diuinæ æstu accendi  
se magis ac magis; adeò ut velut  
in extasi exclamaret: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt PP.*  
Iacobum Bertric, Stephanum Binet,  
Petrum Coronum alias intueri sibi vi-  
sus, petuit ab ijs commendari Cruci,

vt eius ciuem atque discipulum. Alias  
in officina Crucibus cooperata mirè si-  
bi obiectâ librum sibi præberi vidit  
qui contineret *Illustres pietate viros, & fortia bello peccora;* que verba tunc au-  
dita, cuius animo altius hædere infixa,  
ad imitationem Crucis. Inde illi amor  
Crucis, & Litanie è Crucis titulis con-  
cinnatae, ac ea ipsa quæ patiebatur  
tormenta pro illorum, à quibus pa-  
tiebatur, salute oblata.

Liber.

Imitatio.

## XIX. DIE OCTOBRIS.

FRANCISCVS  
MORENVS COAD.

Hispanus  
diei ncerto,  
1606. etat.  
71. Soz. 46.  
B.P.

Oratio.

Cum ab ordine religioso alienus  
fasset, rogauit aliquando Deipa-  
tam vt ei cor mutaret: postridie  
cadem quā pridiē orarat horā cor ex  
alio aliud, id est, ad religionem ali-  
quam capessendam inclinatum, sensit.  
Semel atque iterum sine ueste nostrā  
foras in plateas prodire petuit, vt se  
peruinceret; impetravit, stipem cor-  
rogauit, & stulti nomen atque cachin-  
nos retulit. Post has victorias Dei-  
para cordi eius se sistere atque ita lo-  
qui ei est visa: *Ego ero Mater tua, &*  
*protegam te.* Atque ab eo temporis ar-  
ticulo se tenerimè propensum erga  
illam sensit. Tota eius industria in eo  
versabatur, quomodo se totum Deo  
vincere deberet dare ac vndequaq; trans-  
scribere. Aiebat se esse in paradyso,  
neque sibi oneri esse tot officia quibus  
distinebatur. Manè tantum sibi de-  
siderio decerpebat, vt sœpè 4. horas  
orandi studio daret; cuius magno de-  
siderio & veluti fame tenebatur. Exul-  
tabat inter labores, & cum Deo ser-  
mones inflammatos miscebat, magno  
de Dei Majestate lumine, magnâ di-

uinarum rerum peritiā imbutus, & ad  
ea quæ imperabantur volans incredibili  
cordis ardore, vt sibi aliquando  
velut in tertium cælum abreptus vi-  
deretur, cum in re quadam difficiili  
hilarè paruisse. Cum ei onera oneri-  
bus adderentur, & plesteretur quod  
currere aliquando visus esset (vt ægris  
quatuordecim quibus seruiebat vni-  
cus satisfaceret) gestiebat, & hunc si-  
bi rofarum esse lectulum gloriabatur.

Obedient.

Ardebat toto pectore amore Dei,  
aiebatque Superiori, se vri; adeoque  
vexari se petebat vt illi amori ac pa-  
tiendi desiderio pabulum præberetur.  
Eas ulcerum fordes quas maximo-  
perè horrent stomachi etiam minimè  
delicati, ex ægris haustas, manu, &  
ore tractabat, fel palato, dorso aculeos,  
corpori reliquo cruciatus alios  
multifariam adhibebat. Inter plantas  
oculeis molestas, adeoque inter spi-  
nas cum S. Benedicto se nudum ali-  
quando versabat. Respirare sibi vide-  
batur si insigne quodpiam se affligendi  
genus à Superiori obtineret. Cum  
scrupulis, & capitis dolore è labori-  
bus quibusdam concepto afflitus o-  
rare non posset; post exercitia sine  
vullo spiritus solatio absoluta, miseri-  
cordiam postulabat & peccatorum  
veniam

Amar Dñi.

Mortific.

Chrisifxii.